

Liber Primus

De impetitione et arrestatione equi.

S i vero aliquis arreat equum: asserens: quod aliquis sibi eum subtra-
 xerit, aut subtrahere fuerit: vel spoliatus. ad hoc se trahere debet ut iure
 est, videlicet ad suum venditorem quem nominare debet, et iurare tenetur
 tacto sacramento: quod ad verum se trahat venditorem. Et quicumque nominaverit
 ibi eum sequi oportet. Non autem ipsum insequi debet ultra mare aquilonis. Et tunc
 ibi quando se revocat ad venditorem fideiussoria cautionem faciat, ut satisfaciat
 iudici, pro pena. Et pro expensis: quas adversarius suus expedit, diebus no-
 minare debet, quando ibidem venire potest. Si autem dixerit, quod in foro comiti et libero:
 equum ipsum emerit, extra suam pecuniam, quam pro eodem dederat: integrat
 amittit, et hoc si non habuerit hospitem qui merciporum benedixit.

De fure diei et noctis

S i fur clara diei luce deprehensus fuerit: qui bone fame sit: et
 furtum non plus quam tres solidos valeat, cutem eius crine treme-
 retur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat: reus est pati-
 bulo. de hijs denarijs tres solidi medium fertone dunt potestare. Si
 autem fur tunc noctis deprehensus fuerit cum sex denarijs: reus est patibulo
 siue suspendio.

**De possessore bonorum hereditariorum
 ad iudicium delato**

C onqueritur vir super alterum pro bonis: quod sua sua hereditas sit,
 et quod ille teneat cum iniuria et sua sua sit successio a patre suo: vel
 ab alio suo agnato: aut a suo predecessore. Et si ille respondet super
 quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum illorum defensorem, eo quod
 bona possederit pacifice et quiete anno et die: iudicium quibus non obstat
 et est iuste ac rite meum pro diu censuasse. Ipse oportet suum defensorem
 nominare. Si autem sibi defectus fuerit in defensore, actor perservat suam legale
 proprietatem in eisdem bonis, quia quis homo perservat suam innatam hereditatem faci-
 lius: quam alter emptam proprietatem aut obligatam: aut pro diu censuale: cuius
 impossibile est aliquem de naturali portione defraudari.

De bonis censualibus in bonis Spiritualibus

S i homo habuerit censuales et bona a quodam monasterio aut
 alio domino, et si dominus aut abbas sibi non fatetur: aut con-
 ventus, hic vir potest habere met septimum pro testari suorum pro heredum
 quorum quilibet iurabit singulariter: quod iustum et successorium suum
 sit pro diu censuale. Et si dominus: aut abbas, horum septem testimonio
 stare noluerit: aut fateri noluerit. Tunc quivis ipsorum met septimum.